

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

43. Heli sacerdos

urn:nbn:de:bsz:31-105410

hominum tria millia. Fuit cum auctoritate annos viginti. Vnus se Philistinis omnibus opposuit: neque machinis aut exercitu, sed manu sua solus pugnavit, & victorias admirandas retulit, omnibus formidabilis, suo populo salutaris. In ejus vita Christi imago adumbratur, qui etiam moriendo hostes subegit & oppressit.

43. *HELI Sacerdos.*

Heli de stirpe Ithamaris, quarti Aaronis filii, in Silone habitavit, & officio sacerdotis atque ducis functus est. Confectus senio Ecclesiam committit filiis, turpibus & nefariis adolescentibus, de quorum flagitiis cum multa audiret quotidie, oratione castigatos emendare non potuit: vinculis legis coercere, aut ab officio remove, non sustinuit. Monitus a propheta, objurgatus a ministro
Samue-

Samue-
num h
ut pec
dulgen
populu
deinde
stinis n
lis am
ipse de
expira
nonag
Poena
diu in
Ichab
sur :
datur
Abjath
tempo
steri a
veniur

Samuele, magis filios, quam Domi-
num honoravit. Factum igitur est,
ut poenas inopinatas lenitatis & in-
dulgentiæ lueret. Primùm enim
populum incessit sterilitas & inedia:
deinde bellum asperum est a Philis-
tinis motum, in quo una hora fi-
liis ambobus orbatur in prælio, &
ipse de sella cadens fractis cervicibus
expirat, anno ætatis suæ octavo &
nonagesimo, imperii quadragesimo.
Poena impietatis & inobedienciæ,
diu in ejus familia duravit. Nam
Ichabod nepos partu immaturo edi-
tur: pronepos Achimelechus truci-
datur, temporibus Sauli: abnepos
Abjathar, a dignitate removetur,
temporibus Salomonis: reliqui po-
steri ad ætatem grandem non per-
veniunt.

44. SA.